



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 2. Sitne conservatorum iurisdictionis favorabilis vel odiosa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

Epibus jurisdictionem habentes. *tot. tit. ff. & C. de defensoribus Civitatum.* Rursus alii conservatoris nomen sibi vindicant, eo quod defensas & patrocinium personarum, iis est à jure demandata, ut sunt Episcopi seu locorum Diocesani ordinarii iudices Ecclesiastici. *ca. ex parte de foro competent. ca. ex tenore eod. tit. cap. 1. & 2. de off. 27. ca. administratores s. quasi. 27. Navar. cons. 1. num. 4. ne Clerici vel Monachi, ca. significaverunt ubi DD. de Offic. del. Maranta de Ordine iudic. par. 4. dist. 9. num. 78. de quibus ego alio in loco li. 4. g. 108. de Jurisdic. Ord. in Exemptis.*

Alii, quia rem publicam conservant quietam & tranquillam à prædonibus latronibus aliisque publicam privatamque quietem turbantibus. *l. 3. §. congruit ff. de Offic. præsidis.* Quales à majoribus nostris, seu hujus patriæ Leodiensis Ordinibus instituti sunt, hac in patria Leodiensi Vigintiduum viri Tribunal seu Magistratus in Civitate Leodiensi per totam hanc patriam jus dicens, ad coercendam vim adversus, ac corruptos depravatosque iudices pretio aut gratia peiperam judicantes, venales reserentes in mercedem profereutes, ut & adversus Officiales, ministrosve justitiae, verantes subditos & in officiis male versantes, indebiteque concutientes. Multa alia adferri possent Conservatorum signanter à summis principibus aut rebus publicis institutorum species, vix enim sunt privilegia, quæ suos non habeant conservatores. Sed minutim singula persequi, hujus non est instituti. Neque etiam constitui Cancellis Pontificiarum conservatoriarum, quos ipse mihi & quidem, in solle, quod ajunt examinandos circumdedi, excutere in jure peritus pro re nata solutiones quæstionem quæ in aliis conservatoriarum speciebus enasci poterunt, ex hoc Canonicarum conservatoriarum tractatu, ob analogiam quæ utrimque intercedit facile mutabit, nam uti Julianus & Paulus rescripserunt. Non possunt omnes casus sigillatim comprehendere, sed cum in aliquo casu ratio juris manifesta est, is qui jurisdictioni præest, ad similia procedere poterit, bona enim occasio est & cætera quæ tendunt ad eandem utilitatem vel interpretatione vel certa jurisdictione suppleri. *l. Et ideo, l. non possunt ff. de legib. ca. inter ceteros ubi gloss. in verb. in similibus & DD. de rescriptis.*

QUÆSTIO SECUNDA.

Sine conservatorum jurisdictione favorabilis vel odiosa.

SUMMARIUM.

1. Conservatores sicuti introitus dicuntur à conservando.

2. Jurisf.

2. Jurisdictio conservatorum est favorabilis.
3. Opinio aliorum odiosa.
4. Intentio efficere non potest, ut quod odiosum est, sit favorabile.

Premitto, conservatores dici à conservando, quod personas privilegiatas resque eorum ab injuriis (id est ab omni eo quod eis non jure fit. l. Sed est §. i. ff. ad l. Aquil.) tueantur atque defendant. Concil. Trid. sess. 14. cap. 5. de reform. DD. cap. 1. §. fin. de offic. del. in 6. ad instar tutorum. Ioan. Andr. d. cap. fin. in prin. verb. tueantur. 1. §. fin. de offic. del. in 6. ad instar tutorum. dicebantur confervent & defendentur qui olim defensores locorum seu civitatum dicebantur confervent & defendentur. C. de defens. civitatum. Petrus Gregorij in Syntagmate juris universi lib. 47. cap. 25. num. 25. amba. ut nulli iudicium. Emanuel Roderic. quest. reg. tomo. 1. quest. 65. art. 1. Hi, loco ante ludii premissis.

Respondeo, non defuisse non infimi nominis jurisconsultos qui censuerint conservatorum jurisdictionem esse favorabilem. Iason. cons. 145. num. 1. Felin. cap. eam te num. 15. vers. quarta declaratio de Rescriptis. Gem. cap. cum in illis §. 1. de prabend. in 6. Nevian. cons. 35. num. 7. quippe quod eorum jurisdictione vertetur in iure favorabili, quod quilibet in suo jure est defendendus. l. aequissimum ff. de usu fruct. l. i. ff. ne vis fiat. l. per omnes. C. de defens. civitat. Bened. Capra Reg. 48. num. 9. §. 10.

Verumtamen verius est, conservatorum jurisdictionem esse odiosam & restringendam, ideo quod jurisdictioni ordinarii, quæ perquam favorabilis est, deroget. DD. cap. fin. de offic. del. in 6. Navar. cons. 3. num. 3. de offic. del. Emanuel Roder. questio. num. regularium tom. 1. quest. 65. art. 8. §. 9. num. 29. prout conclusi in alio tractatu de jurid. ordin. in exemptos. lib. 1. quest. 4. §. quest. 39. num. 29. Neque obstat jurisdictionem conservatorum inductam esse in favorem exemptorum.

Intentio enim statuentium efficere non potest, ut quod odiosum est, sit favorabile, nec è contra. Traga. de Retr. cons. in proemio numer. 68. Novumque non est eandem dispositionem diversis respectibus censeri posse favorabilem vel odiosam. Bald. l. vna C. de in jus voc. dec. Conf. 259. id quod etiam probat Io. à Chokier frater meus ad Reg. Cancell. Reg. 18. num. 36. fol. 120.

QUÆSTIO TERTIA.

Conservatoribus qualis jurisdictione competat.

SUMMARIUM.

1. Conservatores habent jurisdictionem & mixtum imperium,

R 3

2. Fla;